

Solis ardore contractas & papulas in facie tollit. Vomitiones autem mouet aluūmque soluit, cum hydromelite sed valde stomacho aduersatur. Oleum quod ea exprimitur, aluum potu subdueit at cortex eius, magis astringit. Carterum quod ex caruosa expressa que reliquum est quasi retinmentum. Tunc magma, si megmatis imminiscetur, quæ ad scabritias & prutigines accommodantur.

De Narciso. CAP. CLXI.

NARCISSE sunt qui, haud secus ac lilium, lirium appellant. Foliis quidem portum refert, at tenuia ea sunt, minoraque multò & angustiora: caulis inanis ac sine foliis supra doctrantem attollitur: flos in ipsis cacumine albus, intus creucus, &c in quibusdam purpureus: radix intus candida, rotunda, bulbosa: semen velut in membrana seu pellicula, nigrum & oblongum. Probatissimus nascitur in montosis, odore suauis reliqui porrum imitantur, & herbaceum quendam odorem respiunt. Radix cocta seu cunctatur, seu etiam bibatur, vomitoria est: ambustis igni prodest, cum melle trita: praecisos neruos imposita glutinat: luxatis malleolis diuturnaque articulorum doloribus trita ex melle illataque subuenit. Vitia cuius à sole contracta, itemque vitiliginem cum virtute semine & aceto emaculat: cum eruo

Hh. iiiij.

autem aethielle, ulcerum sordes expurgat,
& abscessus rumpit aegre maturentes: de-
nique infixa corpori extrahit, imposita cum
loli farina & melle.

De Hippophae. CAP. CLXII.

HIPOPHEA, quo uestes à fullonibus
interpolantur, in maritimis sabulosis-
que nascitur. Est autem frutex è creviorum
genere, densus & surculos suos quoquouer-
sus expandens, foliæque habens longa, olea-
ginis proxima: sed angustiora mollioræque,
inter quæ candicantes spinae emicant, siccae,
angulosæ, distantes inter se: flores hederæ
corymbis similes, ac veluti racematum sibi
inuicem cohærentes, minores tamen ac
molles, candidos simul & ex parte puniceo
colore rubentes: radicem crassam, molleim,
lactei succi plenam, gustu amaram. Ex hac
perinde ac è thapsia liquor excipitur, qui &
per se & cum erui farina subactus siccatur,
& ad vsum reconditur. Sincerus is, biliosa, a-
quosa pituitosaque detrahit, oboli pondere:
at erui farina exceptus, quaternis obolis ex
aqua mulsa. Sed & frutex cum radicibus sic-
catus tunditur, & cum aquæ mulsa dimidia
hemina tritus exhibetur. Cæterum è radici-
bus ac simul etiam herba ipsa succus itidem
hiatus secus ac è thapsia exprimitur, cuius in
purgationibus modus est, drachma una.

De

De Hippophaeo.

CAP. CLXIII.

HIPPOPHAESTON, quod aliqui etiam
hippophaës appellant, nascitur iisdem
locis, quibus & hippophaës : estque spinæ
fullonæ genus. Humi verò stetnitur, sine
caule ac flore : minutis tantum foliolis, iisq[ue]
que spinosis, & capitulis inanibus : radice
crassa & molli. Succus foliis, radice & capi-
tulo exprimitur : qui quidem exiccatur, at-
que datus cui volueris obolis tribus in aqua
mulsa, aquam pituitamque detrahit : priua-
tim verò orthopnœæ, comitialibus, neruo-
rumque vitiis conuenit huicmodi purga-
tio.

De Ricino.

CAP. CLXIIII.

CROTONA, hoc est, ricinum seu cici, ali-
qui selatum sylvestre, alij sceli Cy-
prium appellant. Ricini verò nomen acce-
pit à similitudine, quæ est illius semini cum
ricino animali. Arbuscula est parvæ ficus al-
titudine, foliis platani, at maioribus, lœuio-
tibus ac nigriotibus : ramis caudicibusque
cauis in harundinis modum, semine in vnis
asperis, quod decorticatum ricinum animal
repræsentat. Ex eo oleum nomine cicinum
exprimitur, cibis quidem ineptum ac fo-
endum : sed alias lucernis, & emplastris vrile.
Grana numero triginta purgata tritaque,
potu pituitam bilem aquasque per alum

extrahunt, ac vomitiones etiam carent. Veruntamen admodum ingratia laboriosaque est ejusmodi purgatio: siquidem valenter stomachum subuerit. Tusa verò & imposita eadem; varos & vitia cutis à sole contracta depurgant. At folia cum polenta pollinata, oculorum cædemata inflammationesque leniunt. Eadem seu per se, seu etiam ex aecto illita; lactis virtutatibus turgentes manūmas cohibent, & erysipelata restinguuntur.

De Tithymalo, seu latifolii herbis.

CAP. CLXV.

TITHYMALORVM genera septē: quorum masculus characias, quasi vallaris, ab aliquibus comatus, amygdaloïdes aut gobius appellatur: alter, qui feminina existimat, myritites, quem & caryitem aut myrsinitem vocant: tertius paralias, quem nonnulli titlymali dem appellariunt: quartus helioscopius: quintus cyparissias: sextus dendroides, [quasi arborecens]: septimus denique platyphyllos, [quasi latifolius] dicitur. Potro Characie caules supra cubiti altitudinem attolluntur, rubri, acti lacteoque succo rafferti: folia sunt circa ramulos oleaginis familia, sed longiora & angustiora: radix trassa lignosaque: in caulinum cacuminibus comā iuncti similium virgultorum, sub quibus caua quædam pelyibus aut glaucolis similia,

ac

ac in his semen. Nascitur in asperis & mortolis. Succus lacteus per alium pituitam bi-
lemque trahit, obolis bluis in posca sum-
ptis: at cum aqua multa, vomitiones etiam
mouet. Circa vindemiam succus is conge-
stis ramulis, mox dissecatis & in vas inclinatis,
excipitur. Aliqui adiecta erui fatina pa-
stillos ex eo singunt, qui erui magnitudi-
nem impleant. Alij in ficos quae exiccauntur
terras quaternasve guttas instillant, ut cum
iis in arescant, eiusmodique ficos ad usum
recondunt. Sed & per se tritus in pila, cog-
tur in pastillos atque reponitur. Porid qui
succum colligit, minime obversum vento
stare, aut oculis manus admouere oportet:
qunimq[ue] antequam operi feso accingat,
corpus, praesertimque faciem, collum cro-
zumque adipie aut oleo cum vino peringe-
re. Quoniam vero fauces item exasperat, ca-
raparia qua ex eo concinnantur, cera aut
decocto melle oblini, atque ita dati par est.
Caricas vero binas ternasve solviendae alii
gratia sumpsiisse satis est. Recens item suc-
cus ex oleo illitos in sole capillos detrahit,
renascentesque flauos & exiles efficit, tan-
demque omnes abolet. Dehtium causis indi-
tus, eorum dolores leuat: sed cera dentes ob-
linendi, ne forte preterlapsus is fauces
linguamve male afficiat. Tollit & alitu-

myrmecias, penſiles verrucas & quæ thymi florem repræsentant, itemque lichenas. Vicit idem aduersus pterygia, carbunculos, phagedænas, gangrenas atque fistulas. Legitur ſemen autumno, & ſiccatum ſole leuiter tunditur, tandemque ab aceribus repurgatum loco mundo reponitur. Similiter & folia ſiccata reponuntur: quæ hauſ ſecus ac ſemen laetæ ſucci effectum præbent, dimidio acetabulo pota. Sunt qui ipſa inueterant, admixto etiam cum lacte, lepidio calcioque contuso. Sed & radix drachmæ pondere hydromeliti inspersa potaque, per aluum purgat. Decocta eadem cum aceto, dentium doloribus auxiliatur, ſiquidem ea colluantur.

De Tithymalo femina.

Fœmina, quain myrſiniten aut caryiten vocarunt, ſimilis ſuapte natura daphnoidi: foliis myrti, ſed maioriibus ac firmis, in ſummitate acutis, atque etiam aculeatis. Sarmenta mittit ab radice dodrantalia, fructumque profert alternis annis nuci ſimilem, qui quidem leniter linguam mordet. Nalcitur & hic in asperis. Succus laetus, radix, ſemen & folia, conſimilem antedicto ſortiuntur facultatem. Sed ille, ad citandas vomitiones hoc ipſo efficacior.

De Paralio.

Tertij geperis tithymalus Paralios vocatur.

tur, quem aliqui tithymalida aut meconæ appellauere. Nascitur in maritimis, ramis palmum altis, erectis, subrubentibus, quinis senisve à radice excurrentibus: circa quos folia serie quadam digesta, eaque parua, quadam tenus angusta, oblonga, & lini foliis similia: capite in cacumine orbiculato, in quo semen erui simile, varium, flores albi. Frutex totus cum radice lacteo succo turget. Idem huius qui antedictorum usus, similiterque reponitur.

De Helioscopio.

Qui Helioscopius dicitur, fossis est portulacæ, attamen tenuioribus rotundioribus, que, ramulis ab radice quaternis aut quinis, dorstantali altitudine, tenuibus ac rubentibus, lactesci copiosi plenis, capite anethi: semine velut inter folia locato. Comam cum sole circumagit, ideoque Heloscopij nomen accepit. Cæterum in ruderibus potissimum & circa oppida nascitur. Colligitur semen succusque, ut & aliorum: nam & cædem qua superioribus vires, non tamēn usque ad validæ.

De Cyprissas.

Cyprissas caulem profert dodrantalem, aut etiam altiorem, subruberum: ex quo folia pini similitudine pullulant, molliora tamen tenuioraque: atq; in totū nuper nascentem

pinum simulatur, unde & cognomen traxit.
Candido & hic succo refectus est, eique vis
eadem, quæ superioribus,

De nascente in petra tuby malo.

Dendroides nominatio.

Qui vero in petris nascitur, Dendroides,
quasi arborecens, cognominatus, foliosus
est in cacumine, densamque spargit comam,
succo lacteo prægnans, subrubentibus ra-
mis, foliis circumsparsa myria tenuioris, semi-
ne characie. Eiusdem est effectus, cuius &
antedicti, similique mode reconditur.

De Platypollo seu latifolto.

Platypollo verba co similis est. Radix,
succus & folia, aquas per inferna trahunt,
Pisces necat, rulus aquaque dilutus, id quod
& ante memorata titrymalorum genera
præstant.

De Pityusa. CAP. CLXVI.

PITYUSA, quam alij clemæ, alij cram-
bion, alij paralion, alij denique canopi-
con vocant, a cyparissia titrymalo specie
differre existimatur, ideoque etiam in titry-
mali genere connumeratur. Caulem profert
cubito altiore, crebris geniculis interse-
ptum, foliolis acutis ac tenuibus circunda-
tum, pinæ folia imitantibus; flores exiguos,
pene purpureos: semen latum instar lenticu-
lae; radicem candidam, crassam, lacteo succo
refertam.

refertam. Quibusdam in locis frutex hic
prægrandis inuenitur. Purgat per inferna
radix, drachmis duabus data in aqua mulsa:
semen vero, drachmia una. At succi farina ex-
cepti cochlearium in catapotio datur: folio-
rum denique nodus, drachmæ tres.

De Lathyride. CAP. CLXVII.

LATHYRIS, quam & aliqui tithymalon
appellant, eamque tithymalorum nu-
mero ascribunt, caulem emittit cubiti alti-
tudine & digiti crassitudine, inanem. Sunt
porri in ipsis cactermine alæ, & folia qui-
dem in caule oblonga, amygdalinis proxi-
ma, sed latiora & laeviora: quæ verd in sum-
mis excent ramulis, minora conspicuntur,
aristoloche aut hederæ oblongæ figura. In
summis autem surculis fructum gerit tripli-
ci loculoamento distinctum, rotundum ceu
cappatum: in quo tria sunt minuta semina
in cursantibus tuniculis inter se discreta,
eruis maiora, queque decorticata candida
sunt, & gustu dulcia. Radix tenuis & candi-
da, nullius usus: totus vero frutex lacteo suc-
co turget, uti tithymalus. Aluum purgant
grana septem octove, in catapotio sumpta,
vel eschata, & cum caricis palmulifice deuo-
rata: sed aqua frigida postea sorbeatur. Tra-
hunc autem pituitam, bilem & aquas. Suc-
cus tithymalini modo exceptus, eundem

effectum præbet. Cum gallinaceo etiam aut
oleribus folia decoquuntur in eisdem vslis.

De Peplo. CAP. CLXVIII.

PEPLON, alij sycen, alij papauer spu-
meum appellant: ex guis frutex est, la-
etci succi plenus, folio paruo ceu rutæ, at la-
tiore: vniuersa coma ferè dodrantali, rotun-
da, humili sparsa: semine sub foliis paruo, ro-
tundo, minore quam candidi papaueris.
Herba multiplicis est vslis, at radicem habet
vnicam, eamque superuacuam, è qua totus
frutex crumpit. Nascitur in hortis ac inter
vites. Colligitur messibus, ac siccatur in vni-
bra, crebroque versatur. Semen vero tuisum
repurgatumque reconditur. Bilis ac pituita
detrahitur, acetabulo eius in hydromelitis
hemina poto: opsoniis admistum, contur-
bat aluum. Muria quoque conditur, itaque
asseruatur.

De Peplide. CAP. CLXIX.

PEPLIS, quam vocant aliqui sylvestrem
portulacam, Hippocrates peplion, in ma-
ritimis maximè nascitur. Frutex vero est ra-
mulos quoquouersum expandens, & candi-
di succi plenus, foliis hortensis portulace,
rotundis & inferne rubentibus: semine sub
foliis rotundo, ceu pepli, feruente gusta: ra-
dice tenui, singulari ac superuacua: Colligi,
reponi,

reponi, darique uti peplus, itidemque condi-
ri solet: ac eisdem quoque vires habet.

De Chamaesyce. CAP. CLXX.

CHAMAESYCE, quam aliqui Sycen no-
minant, ramos emittit quaternum di-
gitorum, per terram stratos, teretes, lactei
fucci plenos: folia lantis figura, peplo simi-
lia, parua, tenuia ac terrae inherentia: semen
sub foliis rotundum, ceu pepli: radicem te-
nuem ac superuacuam: sed neque florem,
neque caulem promit. Rami ex vino triti &
in pessō appositi, yluæ dolores sedant: cœde-
mata vero, pensiles verrucas & myrmecias
illiti tollunt. Elixī autem si comedantur, al-
uum soluunt. Sed & corundem succus, simili
effectu prodest: prætereaque illitus, aduersus
scorpionis ictum auxiliatur. Valet & contra
oculorum hebetem aciem, itemque caligi-
nem, incipientes suffusiones, cicatrices ac
nubeculas, cum melle inunctus. Cæterūna
in petrosis aridisque nascitur.

De Scammonia. CAP. CLXXI.

SCAMMONIA ramos ab uña radice mul-
tos profert, ternum cubitorum, pingues
& quadantes hirsutos: foliis itidem hir-
sutis, helixinæ [cissampeli] aut hederæ simi-
libus, sed mollioribus ac triangulis: floribus
albis, rotundis, in modum calathorum con-

II. j.